



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Prænobili & Doctissimo Domino Joanni Ferdinando Ignatio Vogelius
Paderbornensi-Westphalo J. U. Candidato Singularis amicitæ ergo accinit
Illustrissimus & Generosissimus Dominus Fridericus Joannes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)



PRÆNOBILI & DOCTISSIMO
DOMINO
JOANNI FERDINANDO IGNATIO
VOGELIUS

Paderbornensi - Westphalo J. U. Candidato
Singularis amicitiae ergo accinit

ILLUSTRISSIMUS & GENEROSISSIMUS
DOMINUS
FRIDERICUS JOANNES JOSEPHUS
S. R. I. Comes de SEINSHEIM.

à Weng, & Mosveng &c.
EQUES MELITENSIS, J. U. Stud.

Amatum fatis est: frangere barbitos:
Quod laudes, nihil est: Encomium hoc fero.
Nam Quid PHOEBE paras tangere pollice
Docto VOGELIOS? altior omnibus
Est laus illa Tonis. Vertice lauream
Gethat FRATER ovans, dignus honoribus,
Hic tam spolis, egregius pugil.
Succedit pugili viribus integer
Non Anhieta minor. Quid magis inelytum?
Est FRATRI Geminus, par quoque; nobile
Par FRATRUM siquidem, CASTORA maximum
POLLUCEMQUE vides, lucida Sydera,
Heros geminos, Westphalico Jove
Dignam progeniem. Munere luminis
Splendebunt mutuò, vitæque gloriae
Immortalis erit. Nam ille forum SOLI
Implebit radiis, iste forum POLI.

Y y y 2

Eidem

Eidem Prænobili & Doctissimo Domino
Defendenti

Singularis amicitia & amoris ergo applaudit

PERILLUSTRIS ac GENEROSUS

D O M I N U S

JOANNES IGNATIUS L. B. ab HALLERSTEIN

J. U. Stud.

Est aliquid Gentilitio clarescere Scuto,
Quæque atavo scripta est sanguine, laude legi;
Nil tamen immerito confert innata Nepoti
Nobilitas, Ceris, esto, superba suis,
Sanguis iners, si stemma suum, famamque parentum,
Non studeat factis nobilitare novis.
Nec solis AQUILAS fieri Natalibus, harum
In pullos humiles nobilis ira probat.
Nil Consanguinei profunt Consortia nidi,
Communisque pater, patria, mater, avus;
Nescia degeneris sed nictus lumina, posse
Judice censer Sole, diemque pati.
Quò rapior? FERNANDE, tuos meditabar honores,
Laus AQUILÆ pennâ cur fluit ergo meâ?
Laus tua laus AQUILÆ, patrio quam gloria scuto
Pinxit, Consiliis (quis neget?) usâ tuis.
Imbellem renuunt AQUILÆ generare Columbam;
Tu renuis magno degener esse Patri.
Hinc GENUS INGENIO, NATURÆ GRATIA certat,
Has inter gaudet tertius ARTIS amor.
Prodigium te SACRA THEMIS stupet, atque PROFANA
Porrigit & LIBRAM Virgo superna suam.
CÆSARIBUS pugnant AQUILÆ, vincuntque sub illis
CÆSAREO studium vincere JURE, tuum est.
Sublimes AQUILIS habitantur denique PETRÆ:
Est tibi PONTIFICUM JUS vigilata quies,
Remige se nemo volucrum librat altius alâ,
Designant ausis non nisi summa suis,
FRATERNUM stupui, quia vix imitabile, factum,
Et tamen applausus ominor inde Pares.

Laudis summa tuæ, MAJOR quòd FRATRE MINORE

Te non MAJOREM, sed cupis esse PAREM;

Gloria namque vetat plùs ultrà tendere, quando

Summa triumphatæ laudis uterque tenet.

Semideis igitur prope solem tollere pennis,

Hujus inoffenso lumine fuge Diem.

Censori Proles GENUINA exponere SOLI

Exponi à tanto PRÆSIDE summus honor.

Adversos Solis radios hoc excipe vultu,

Nullus namque potest aptior esse focus.

Eidem Prænobili & Doctissimo Domino Defendenti.

Region' anhelus ades, FRATREM FERNANDE secutus,

Omnia PIRITHOO similis virésque, animósque,

Qui virtutis opes in TE exhaustisse videris?

Pape! vix galeam, thoracem, indutus & arma

FRATER, & ut THEMIDEM quærat, præcinctus eundi,

Delenuit primam vixdum FAMOSUS arenam:

Esse Comes, pigrámque moram pertæsus, eadem.

Impiger ire vias, & acerbas hostibus ardes

Edere perniciés, terreri nescius HEROS.

O Superi! similes non ætas viderat antè

Ulla, nec ANGLIPOLIS tanta virtute decoros

Obstupuit JUVENES; FRATRUM PAR NOBILE, Digni

Ante alios DIGITO MONSTRARI, ET DICER: HI SUNT.

Gloria Pieridum, Patriæ decus, Incrementum

Grande GEORGINI, quod servent Numina, TECTI.

*Specialis observantia ergo applaudit
per biennium Hospiti*

ILLUSTRE & INCLYTUM ELECTORALE
COLLEGIUM.

Eidem Prænobili & Doctissimo Domino Defendenti.

In pugnam geminos Virtus trahit æmula FRATRES,

Inque theatri consistere mandat arena.

Par in utroque vigor, par virtus, spiritus idem

Magnanimo sub corde calent, viget impetus idem,

FERDINANDE tuas vires, tua robora prode!

Arma capeisse! bona est, pro qua geris impiger arma.

Causa;

Causa, triumphabis: quid n̄ bona causa triumphet?
Jam sacra pro lege manum, pro juribus æquis
Confer, & invictum victus mirabitur hostis.
Hic opus est geminò telò; quod utrumque futuras
Afferet in palmas: virtutem jungite FRATRES!
FRATERNAM sociate manum! socialibus armis
Laurus habenda datur. WILHELMUS Justiniano
Suppetias mittet: Gratiano mittet & ille;
Omnia victores, quæcunque ingesta ferentur,
Tela retundetis. Geminos quis vincere possit
Subsidiò tectos geminò? quod Justinianus,
Quod Grätianus habet: non quidquam fortius illis,
Unità si tela manu jactârît uterque.
Sed quia diverso geminos in tramite FRATRES
Aspicio, quia nec pugnam pugnatís eandem,
Quis lauri condignus honos utriq̄ feretur?
Pro grege TU custos, FRATER pro lege stat; illum
Curia, sed TE Cura vocat; TU pascis: at ille
Jura Fori, TU pensa Chori recitatis: uterque
Judicis electi functurus munere AVITO:
Hinc quia VOGELIOS, quod PADERBORNA ferebat,
Sacra, Profana tenent geminum Respublica fulcrum,
FERDINANDE tuis meritis (sic jura reposcunt)
Et WILHELME tuis dignam dabit utraq̄ sedem.

Specialis amicitie ergo
Prænob. Joannes Josephus Maximilianus
Wolfgangus Podensteinus
Imper. & Philosoph. Stud.

Eidem Prænobili ac Doctissimo Domino Defendenti.

ERgo iterum doctas stat fixum accendere pugnas,
Et nova Juridico prælia Marte geres?
Vix aliquot fluxere dies, cum FRATER arenâ
Excessit Victor, mira trophæa legens.
Non ut Discipulus, sed ut alter in arte Magister
Pugnavit, dignus cui THEMIS ipsa litet.
Nunc FRATREM FRATER sequeris, ceu CASTORA POLLUX;
Ac velut Is, doctâ luce micare cupis.

Et bene Syderibus Vos ipsis confero; namque
Eflis Juridici Lumina Magna Poli.
Hinc Vos inferuit copiofa scientia Legum,
Et ftellas PRIMÆ fecerat eflē NOTÆ.
His centum numerat melior jam WESTPHALUS annos,
Ex quibus à Vefiro Lumine lumen habet.
Imper tenebras timuit poft fata PARENTIS,
Et mœfto gemuit pectore: PHOEBE JACES;
At hodie pulfis mœroribus ora feremat,
Dum videt accendi LUMINA TANTA fibi.
Ergo mica, FERNANDE, mica, BAVARUMQUE PER ORBEM
Doctrinæ radios, WESTPHALÆ fperge tuos.
Cede mihi, nomēque tuum, laudēsque loquetur
Doctior ANGLIPOLIS tempus in omne tuas.
Serique Pofteritas dicet: PAR NOBILE FRATRUM,
VOGELLI, Juris Gloria Magna fuit.

Ita

*Pro perpetua gratiffimæ Amicitie, & Com-
munium Studiorum memoria applaudit*
JOSEPHUS LAUBSCHER. J. U. C.

Germano Fratri fuo

Jus Pontificium feliciter, ut auguror, defenſuro.

Ardua, cum nuper nullo fat Praefide tutus
Vellem juridici bella ſubire fori.
Fugantem votis fratrem Fernande ſecutus
Dixiſti: reducem mox pugil ipſe ſequar.
Ecce tibi dubiam madidus vix deſero pugnam,
Excipis hanc Heros in nova bella ferox.
Fors magis facilem (quod amor Fraternalis anhelat)
Experiēre aleam, robur ab arte ferens.
Fors quoque difficilem magis experiēre Minervam.
Ne dubita: moles tanta pericla dabit.
Quæ tamen exiguo poteris ſuperare labore,
Tantum obverte truci, quæ geris arma, manu.

Palladis

Palladis ex jussu Perseum in praelia euntem
Instruxit variis hæc quoque Diva modis.
Pectus firmabat validâ ægide, casside frontem,
Hostis quæ faceret lumen abire genis.
Haud multum abfimili catapultræ ardescis ab igne,
Dum pro Sacratæ Juribus arma capis.
Namque Tibi pectus præclara scientia munit
Ægide, quæ cunctas despicit usque minas.
Pro fulgente Tuus Tibi servit casside Præses,
Cujus fulgorem non satis ipsa stupet
Alma Themis, tali sibi plaudens læta Ministro,
Quem casto erudit docta Minerva sinu.
Perge igitur, viridem haud facies marcescere laurum,
Perge, Triumphantem certa Corona manet.

Fraterni amoris ergo aggratulator

WILHELMUS VOGELIUS.

